

Sic & viri qui comitabantur cum eo, stabant suspensissimi, audientes quidem vocem, aeternam autem videntes. Act. v. 7

TITULUS XXXVII.

Subditi & superiores.

Subditi Principum facillè imitantur.

Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis rector est civitatis, tales inhabitantes in ea. Rex insipiens perdet populum suum. *Eccles. 10. 2. Vide & Prov. 29. 12*
Ibat enim populus ad adorandum vitulum usque in Dan, quia & rex Roboam praeparat, & ipse fecerat. *3. Reg. 30*

Et tradet Dominus Israel propter peccata Ieroboam, qui peccavit, & peccare fecit Israel. *Ibid. 14. 16. Vide & 4. Reg. 10. 5*

Populus non audivit vocem Domini, sed seducti sunt a Manasse, ut facerent malum super gentes, &c. *4. Reg. 21. 9. usque ad v. 22*

Subditorum Officium.

Dis non detrahes, & principi populi tui non maledices. *Exod. 22. 2. Actor. 25. 5*
Responderuntque ad Iosue (populi Israel) atque dixerunt: Omnia quae praecepisti nobis faciemus: & quocumque miseris, ibimus. Sicut obedivimus in cunctis Moysi, ita obediemus & tibi. *Iosue 1. 16*

Et orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & pro vita Balthasar filii eius, ut --- & serviamus eis multis diebus, & inveniamus gratiam in conspectu eorum. *Baruc. 1. 11*

Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat: qui autem timet praeceptum, in pace versabitur. Animæ dolosæ erant in peccatis; iusti autem misericordes sunt, & miserantur. *Prov. 13. 13*

Sicut rugitus leonis, ita & terror regis: qui autem provocat eum, peccat in animam suam. *Ibid. 20. 2*

Time Dominum, fili mi, & regem: & cum detractoribus non commiscearis, &c. *16. 24. 21*

Ne gloriosus appareas coram rege, & in loco magnorum ne steteris. *16. 25. 6*

Non contendas cum viro locuplete, ne forte contra te constituat litem tibi. *Eccles. 8. 2*

Propterea exhortavit Dominus conventus malorum, & destruxit eos usque in finem. *16. 10. 16*

Et querite pacem civitatis, ad quam transigrare vos feci: quate pro ea ad Dominum: qui in pace illius erit pax vobis. *Jerem. 29. 7*

Et cum venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachmam accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magister vester non solvit didrachma. *Matth. 17. 23*

Tunc ait illis (Iosue): Reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari: & quae sunt Dei, Deo. *16. 22. 21*

Licet nobis tributum dare Caesari, an non? Considerans autem dolum illorum, dixit ad eos: Quid me tentatis? &c. *Lucæ 20. 22*

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas, nisi a Deo: quae autem sunt, a Deo ordinatae sunt. *Rom. 13. 1. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum: cui vestigial, vestigial: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Ib. v. 7*

Obsecro igitur primum omnium, fieri obsecrationes, orationes, postulationem, gratiarum actiones pro omnibus hominibus: pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt. *1. Tim. 2. 1*

Subditi igitur estote omni humanae creaturae propter Deum: sive regi quasi praecellenti, sive ducibus, tamquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero honorum. *1. Petr. 2. 13*

Admone illos principibus, & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse. *Titum 3. 1*

Obedite praepositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes: hoc enim non expedit vobis. *Hebr. 13. 17*

Subditi debent:

Primo agnoscere gubernatores suos, non casu, sed Dei consilio praesertim esse.

Sic potuit David regem Saul inimicum suum occidere, sed noluit, dicens: Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem domino meo, christo Domini, ut mittam manum meam in eum, quia Christus Domini est. *1. Reg. 24. 7*

Sic in alio casu ubi Iudaei in manus David, dicit ad Absalon: Ne interficias eum: quis enim extendet manum suam in christum Domini, & innocens erit? Et dixit David: Vivit Dominus, quia nisi Dominus percussisset eum, aut dies ejus venerit ut moriatur, aut in praedium descendens perierit: propitius sit mihi Dominus, ne extendam manum meam in christum Domini. Ibid. 26. 9

Dixit Absalon Numquid pro his verbis non occidetur Semei, quia maledixit christo Domini. 2. Reg. 19. 21

Dixit

Dixit Mithibisath accusatus apud regem: tu autem domine, mi rex, sicut angelus Dei es, fac quod placitum est tibi. Ibid. v. 27

Adrianus ad Belsabaz: Tu, inquit, nosti quia meum erat regnum, & me praeposuerat omnis Israel sibi in regem: sed translatum est regnum, & factum est frater mei Salomonus a Domino enim constitutum est ei. Nunc ergo petitionem unam precor a te, &c. 3. Reg. 2. 15

Audivit itaque omnis Israel iudicium quod iudicasset rex, & timuerunt regem, videntes sapientiam Dei esse in eo, ad faciendum iudicium. Ibid. 3. 28

Tu rex regis es: & Deus celi, regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriam dedit tibi: &c. Dan. 2. 37

Servare, favere, & reverentia, & amare eos praestigi.

Posthac introduxit Iosue patrem suum ad Regem, & statuit eum coram eo: qui benedicens illi, & interrogatus ab eo --- respondit --- Et benedicto rege egressus est Ioras. *Genes. 47. 7. & 10*

Itaque cum ingressa fuisset mulier Thecutis ad regem (David), cecidit coram eo super terram, & adoravit. *2. Reg. 14. 4. & dixit: Sicut enim Angelus Dei, sic est dominus meus rex, ut nec benedictione, nec maledictione moveatur: unde & Dominus Deus tuus est tecum. v. 17. Vide & v. 22*

Et respondit Ehai regi David, dicens: Vivit Dominus, & vivit Dominus meus rex, quoniam in quocumque loco fueris domine mi rex, sive in morte, sive in vita, ibi erit servus tuus. *Ibid. 15*

Cumque ascenderet David summum montem --- occurrit ei Chusai Arachites, scissa veste, & terra pleno capite, &c. *Ibid. v. 31*

Betzellai quoque Galaadites descendens de Rogelim, traduxit regem Jordanem, paratus etiam altera fluvium prosequi eum. Erat autem Betzellai Galaadites fenex valde, id est octogonarius, & ipse praebuit alimenta regi, cum moraretur in castris, sicut quippe vir dives nimis. *Ibid. 19. 31*

Tunc intraverunt viri David, dicentes: Jam non egredieris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam Israel. *Ibid. 21. 17*

Cum iustitiam regis Assur voluissent occidere regem, & ipsi Mardochaeum non lateret, hic statim, nuntiavit regina Esther, & illa regi, & appensus est utique. Esther 2. 21

Et Daniel regi Dario, respondens ait: Rex in aeternum vive. *Dan. 6. 21*

Fertis, praestare legibus & mandatis eorum, statim & honestati consuetudinis debent obedientiam.

Multi exploratores in urbem Iericho reversi sunt --- intraveruntque (Iosue) omnia quae acciderant sibi. *Iosue 2. 23*

Dixit Iosue ad Roboam & Gadiaz: Pecistis omnia quae praecepit vobis Moyses famulus Domini: mihi quoque in omnibus obedistis. Ibid. 22. 2

Dixit autem Samuel ad populum: Venite, & canus in Galgala, & innovemus tibi regnum. Et perrexit omnis populus in Galgala, &c. *1. Reg. 11. 14*

Adiuravit autem Saul populum, dicens: Maledictus vir, qui comederit panem, usque ad vesperam, donec calcet de inimicis meis. Et non mandaverit universis populum panem. *Ibid. 14. 24*

Misit ergo Saul nuntios ad Ithai, dicens: Misce ad me David filium tuum, qui est in pascuis. Tulit itaque Ithai anum plenum panibus, & lagenam vini, & haedum decapris unum, & misit per manum David filii sui Sauli. *Ibid. 16. 19*

Dixeruntque servi regis ad eum: Omnia, quaecumque praecepit dominus noster rex, libenter exequemur tibi. *3. Reg. 15. 15*

Quarta, conferre sanctus ad gubernatum necessarios.

Hoc erit vis regis, qui imperaturus est vobis: Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, &c. *1. Reg. 8. 11*

Reddite ergo quae sunt Caesaris, Caesari. *Matth. 22. 11*

Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vestigial, vestigial: &c. *Rom. 13. 7*

Quinta, equo animo accipere eorum sententiam & iussus facere.

Tu autem domine mi rex, sicut angelus Dei es, fac (cum accusato me) quod placitum est tibi. *2. Reg. 19. 27*

Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. *Rom. 13. 2*

Sis aurem malum secus, time; non enim sine causa gladium portat, Dei enim minister est: vindica in iram ei, qui malum facit, &c. *1. Cor. 11. 4*

Sexta, timere eos, & leviora quaedam errata sibi condonare, ne tolerare eorum iniurias, & sibi expiare ab eorum caede.

In die illo magnificavit Dominus Iosue coram omni Israel, ut timerent eum, sicut timeverunt Moysen. *Iosue 4. 14*

Dixitque (David) ad Saul --- Ecce hodie viderunt oculi tui, quod tradiderit te Dominus in manu mea in spelunca: & cogitavi ut occiderem te, sed peperit tibi oculus meus. *Ibid. v. 4*

Iosue, Bileth.

meus: dixi enim: Non extendam manum meam in dominum meum, quia christus Domini est. 1. Reg. 24. 10. *Vide simile* Cap. 26. 9

Divulgatumque est nomen David in universis regionibus, & Dominus desit pavorem ejus super omnes gentes. 1. Par. 14. 15

Septimo, petere a Magistratu auxilium & defensionem.

Itaque cum ingressa fuisset mulier Tecuitis ad regem, cecidit coram eo super terram, & adoravit, & dixit: serva me rex, &c. 2. Reg. 14. 4

Cumque rex Israel transiret per murum, mulier quædam exclamavit ad eum, dicens: Salva me domine mi rex. 4. Reg. 6. 26

Reversa est mulier (Suanmitis) -- & egressa est ut interpellaret regem pro domo sua, & pro agris suis. *Ibid.* 8. 3

Ottavo, Exterius gestibus suaro erga magistratum declarari reverentiam.

Prout adorantes in terram. *Gen.* 50. 18

Itaque cum ingressa fuisset mulier -- cecidit coram rege super terram, & adoravit. 2. Reg. 14. 4

Nono, Imitari pietatem, & ceteras virtutes honorum gubernatarum.

Servivitque Israel Domino cunctis diebus Josue, & seniorum, qui longo vixerunt tempore post Josue, qui & noveunt omnia opera Domini que fecerat in Israel. *Josue* 24. 31

Abstulit ergo Josias cunctas abominaciones de universis regionibus filiorum Israel: & fecit omnes qui residui erant in Israel, servitio Domino Deo suo. Cunctis diebus ejus non receperunt a Domino Deo patrum suorum. 2. Par. 34. 33

Secundum iudicem populi, sic & ministri ejus: & qualis rector est civitatis, tales & inhabitantes in ea. *Ecclesi.* 10. 2

Decimo, Orare pro Magistratu, & sollicitissima quoque ei precari.

Et clamavit omnis populus, & ait: Vivat rex. 1. Reg. 10. 24. *idem* 3. Reg. 1. 39

Et ingressi servi regis benedixerunt domino nostro regi David, dicentes: Amplificet Deus nomen Salomonis super nomen tuum, & magnificet thronum ejus super thronum tuum. 3. Reg. 1. 47

Et plaudentes manu, dixerunt omnes: Vivat rex. 4. Reg. 11. 12

Et querite pacem civitatis -- & orate pro ea, &c. *Jerem.* 29. 7

Disseruit Chaldæi ad Nabuchodonosor: Rex in æternum vive. Dan. 3. 9. *idem* c. 5. 10. c. 6. 6. & v. 11

Et orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & pro vita Baltasar filii ejus: ut sint dies coronæ sicut dies calis super terram: & ut det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos nostros, ut vivamus sub umbra regis -- regis -- & sub umbra -- filii ejus, & serviamus eis multis diebus, & inveniamus gratiam in conspectu eorum. *Baruc.* 1. 11

Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes; postulationes; gratiarum actiones -- pro regibus & omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. 1. Tim. 2. 1

Superiorum, Judicium, & Rectorum officium, & auctoritas in subditos.

Vide Principes & Rex.

Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius: ad imaginem quippe Dei factus est homo. *Genes.* 9. 6

Survexit interea rex novus super Ægyptum: qui ignorabat Joseph: & ait ad populum suum: Ecce populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est, &c. *Exod.* 1. 8. cap. 5. *ultimum.*

Altera autem die sedit Moyses ut judicaret populum, qui assistebat Moysi a mane usque ad vesperam. *Ibid.* 18. 13. Ait ille: Non bonum, inquit, rem facis. v. 17. Cap. 21. 8

Ecce autem egressus filius mulieris Israelitidis, quem pepererat de viro Ægyptio, inter filios Israel, iurgatus est in castris, cum viro Israelita, &c. *Levit.* 24. 10. Locutusque est Moyses ad filios Israel, & eduxerunt eum, qui blasphemaverat, extra castra, & lapidibus oppellerunt. Pœneratque filii Israel sicut præceperat Dominus Moysi. v. 23

Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sint, & ponam eos vobis principes. *Num.* 11. 16. Venit igitur Moyses & narravit populo verba Domini, congregans septuaginta viros de senioribus Israel, quos stare fecit circa tabernaculum. v. 24

Ait (Dominus) ad Moysen: Tolle cunctos principes populi, & suscipe eos contra solem in patibulis, ut avertatur horror meus ab Israel. *Ibid.* 25. 4

Date ex vobis viros sapientes, & gnaros, & quorum conversatio sit probata in tribus vestris & ponam eos vobis principes. *Deut.* 1. 13. Nulla erit distantia personarum, ita parum auctius ut magnum: nec accipietur cuiquam personam, quia Dei iudicium est. Quod si difficile vobis vitium aliquid fuerit, relinere ad me, & ego audiam. v. 17

Non immolabis Domino Deo tuo ovem & bovem, in quo est macula, aut quidpiam vitii, quia abominatio est Domino Deo tuo. *Ibid.* 17. 1

Stabant ambo, quorum causa est, ante Dominum in conspectu sacerdotum & iudicium, qui fuerint in diebus illis. *Ibid.* 19. 17

Præcepitque Josue principibus populi, dicens: Transte per medium castrorum, & imperate populo, &c. *Josue* 1. 10

Dimitte ergo Josue populum, & abierunt filii Israel uniusquisque in possessionem suam, ut obtinerent eam: servieruntque Domino cunctis diebus ejus, & seniorum, qui longo post eum vixerunt tempore, & noveunt omnia opera Domini, que fecerat cum Israel. *Judit.* 2. 6. Sufficit autem Dominus iudices, qui liberarent eos de vastantium manibus. v. 16. *Conf.* Josue 24. 31

Et ait Samuel ad omnem populum: Certe videtis quem elegit Dominus, quoniam non fit similis illi in omni populo. Et clamavit omnis populus, & ait: Vivat rex. 1. Reg. 10. 24. 3. Reg. 3. 7

Constituitque iudices terræ in cunctis civitatibus Juda munitis per singula loca. 2. Par. 19. 5. In Jerusalem quoque constituit Josaphat Levitas, & sacerdotes, & principes familiarum ex Israel, ut iudicium & causam Domini judicaret habitatoribus ejus. v. 8

Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. *Job.* 34. 30

Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. *Prov.* 8. 15

Ubi non est gubernator, populus corruet: salus autem ubi multa consilia. *Ibid.* 11. 14

Manus fortium dominabitur: quæ autem remissa est, tributis serviet. *Ibid.* 12. 24

Divinatio in labiis regis, in iudicio non erabit os ejus. *Ibid.* 16. 10

Rex qui sedet in folio iudicii, dissipat omne malum intuitu suo. *Ibid.* 10. 8

Rex iustus erigit terram, vir avarus destruet eam. *Ibid.* 29. 4. Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronum ejus in æternum firmabitur. v. 14

Principes, qui libenter audire verba mendacii, omnes ministros habet impios. *Prov.* 29. 12

Noli regibus, o Lammel, noli regibus dare vinum: quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas. *Ibid.* 31. 4

Iudex sapiens iudicabit populum suum, & principatus sensati stabilis erit. *Ecclesi.* 10. 1. Breve languorem præcidit medicus: sic & rex hodie est, & cras morietur. v. 12. Rex insipiens perdet populum suum. v. 3

Principes tui infideles, focii furum: omnes diligunt manerem, sequuntur retributiones. Pupillo non iudicant: & causa viduæ non ingreditur ad illos. *Ista.* 1. 23. Et restituit iudicetibus, ut fuerant prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus: post hæc vocaberis civitas iusti, urbs fidelis. v. 16

Vz qui condunt leges iniquas, &c. *Ista.* 10. 1

Ecce in iustitia regnabit Rex, & principes in iudicio præerunt. *Ibid.* 37. 1

Inventi sunt in populo meo impii (iudices) insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos viros. *Jerem.* 5. 26

Et dices: Audi verbum Domini rex Juda, qui sedes super solium David; & servi tui, & populus tuus, qui ingrediuntur per portas istas. *Ibid.* 22. 2

Ecce principes Israel singuli in brachio suo teneant in te ad effundendum sanguinem: *Ezechiel.* 22. 6. Ullam & superabundantiam accepisti, & avaræ proximos tuos calumniabaris: meique oblitus es, ait Dominus Deus. v. 12

Munera acceperunt apud te ad effundendum sanguinem iudices. *Ibid.* v. 12

Hæc dicit Dominus Deus: Sufficit vobis principes Israel: iniquitatem & rapinas intermitte, & iudicium & iustitiam facite, separate consilia vestra a populo meo, ait Dominus Deus. *Ibid.* 45. 9

Et ipse (Deus) mutat tempora & atates: transfert regna, atque constituit: dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam. *Deut.* 2. 21

Ubi est rex tuus? maxime nunc salvet te in omnibus urbibus tuis: & iudices tui de quibus dixisti: Da mihi Regem, & principes. *Esai.* 13. 10

Et dixi: Audite principes Jacob, & dices domus Israel, &c. *Mate.* 3. 1. Audite hoc principes domus Jacob, & iudices domus Israel, quia abominamini iudicium, & omnia recta pervertitis. v. 9

Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis querite illum. *Sap.* 1. 1

Reges & iudices ad sapientiam, & iustitiam sibiandam exhortatur, ostendens quam gravem maneat iniustus rectoribus iudicium, &c. *Ibid.* 6

Iudex sapiens iudicabit populum suum, & principatus sensati stabilis erit. *Ecclesi.* 10. 1. In medio fratrum rector illorum in honore: & qui timent Dominum erunt in oculis illius. v. 24

Die ergo nobis, quid tibi videtur, licet sentiam dare Casari, an non? &c. *Mate.* 22. 17. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cesaris, Casari; & quæ sunt Dei, Deo. v. 21. *Idem habetur* Luc. 20. 22

Non haberes potestatem adversus me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea quæ me tradidit tibi, majus peccatum habet. *Joan.* 19. 11

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a Deo: quæ autem sunt, a Deo ordinatæ sunt. *Rom.* 13. 1

Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire. Tit. 3. 1. 1. Tim. 21. Subiecti igitur estote omni humane creature propter Deum: sive Regi, quasi precellenti: sive ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. 1. Petr. 1. 13.

Obedite prepositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim per vigilantem quasi rationem pro animabus vestris redduntur. Hebr. 13. 17.

Superiores boni. Vide Principes boni.

Superiores mali. Vide Principes mali.

T I T U L U S XXXVIII.

Superbia.

Superbia prohibetur, committitur, & puniuntur.

ADz vero dixit (Deus) Quia audisti vocem uxoris tuae, & comedisti de ligno, ex quo praeceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ea cunctis diebus vite tuae. Etsi superbia facta propter verba: eritis sicut Dii. Genes. 3. 17. Superbia voluntatem adhecare rursus usque ad calum, pantra falsosque confusionem linguarum. Gen. 11. 7. Azar, ancilla Sarai concepit se videns, dominam suam despectit. Ibid. 16. 4. Ecce hac fuit iniquitas Sodomae fororis tuae, superbia, furtus panis, & abundantia, &c. hinc. Ezech. 16. 49.

Dominus pluit super Sodomam sulphur & ignem. Gen. 19. 24.

Respondenter fratres ejus (Joseph): Numquid rex nosster eris? aut subijciemur ditioni tuae?

Hac ergo causa somniorum, & sermonum, invidia & odii fomitem ministravit. Ibid. 37. 8.

At ille (Pharao) respondit: Quis est Dominus, ut audiam vocem ejus, & dimittam Israel? Nescio Dominum, & Israel non dimittam. Exod. 5. 2.

Ait Dominus ad Moysen: Extende manum tuam super mare, ut revertatur aqua ad Aegyptios super currus, & equites eorum. Ibid. 14. 26.

Et contrariam superbiam darditiae vestrae: daboque vobis calum desuper sicut ferrum, & terram aneam. Levit. 19. 19.

Dixerunt Aaron & Maria: Numquid per solum Moysen locutus est Dominus? nonne & nobis similiter est locutus? Dominus. Hinc iratus Dominus percussit Mariam lepra, &c. Num. 12. 1.

Rebello Core & aliorum facta contra Moysen, ex superbia processit; nam dixit illis Moyses: Multum engimini filii Levi, hinc eos terra vivas absorbit, igitur interfecit 250. & alios 14700. consumpsit incendium. Ibid. 16. 7.

Locutus sum, (inquit Moyses) & non audistis: sed adversantes imperio Domini, & tumentes superbia, ascendistis in montem. Iraque egressus Amorrhams, qui habitabat in montibus, & obviam veniens, persecutus est vos, sicut solent apes persequi: & cecidit de Scir usque Horma. Cumque reveri ploraretis coram Domino, non audivit vos, nec voci vestrae voluit acquiescere. Deut. 1. 43.

Caute ne elevetur cor tuum, & non reminiscaris Domini Dei tui. Ibid. 8. 11.

Qui autem superbiaerit, noleat obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, & Decreto iudicis, morietur homo ille, & auferet malum de Israel: cunctusque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia. Ibid. 17. 12.

Nec elevetur cor ejus in superbiam super fratres suos. Ibid. v. 20.

Percussus Ahimelech a mullere, vocavit cito armergam suum, & ait ad eum: Evagina gladium tuum, & percutite me: ne forte dicatur quod a femina intersectus sum. Judic. 9. 54. Vide etiam vitam superbiam Gaal v. 37. Vide & 1. Reg. 31. 4.

Sauil percussit a Samuele, ut eum coram senioribus populi honoraret. 1. Reg. 15. 30.

Philistaei contra Israel ad pugnam congregati, Goliath giganteum in armis & fortitudine confidentem, intermis Davud occidit, praesensque caput, dissipavit Philistaeis ad Saulem tulit. 1. Reg. 17.

An speras in baculo arundineo, atque contracto Aegypto, super eum, si succubuerit homo, & committatur ingredietur manum ejus, & perforabit eam, sic est Pharao Rex Aegypti omnibus qui confident in se. 4. Reg. 18. 21.

Respondens autem Nabal pueris David, ait: Quis est David? & quis est filius Isai? hodie increverunt servi, qui fugiunt dominos suos; sed ob haec superbiam ipsi David mortem minantur eis, nisi Absalon sedasset iram. 1. Reg. 25. 10. v. 25.

Absalom conciliato sibi populi favore adversus patrem conatus: sed tandem misere de querens penitent perit. 2. Reg. 15. Cap. 18. 14. Vide 3. Reg. 1. 5. de Adonia fratre Absalom simile quid.

Et Populum pauperem saluum facies (mi Deus) oculisque tuis excellos humiliabis. Ibid. 22. 28.

Gravitior fuit poenitentia elationis peccatum, quando David fecit amiserit populum sibi subiectum, nam per poenitentiam 70000. consumpsi sunt. Ibid. 24. 15.

Evidens, quam habuit Terobeam dominandi, timens ne populus revertetur ad domum David, fecit arm excoeritare vitulos aureos, quos fecit a populo adorari: & maluit eos recedere a Deo suo, quam a deum suo. 3. Reg. 22. 28. Vide & ibid. v. 14. Superbiam Roboam filii Salomonis ob quam regnum aversum est.

Inquit

Inquit Dominus ad Ezechiam: Insuavis in me, & superbia tua ascendit in aures meas: ponam iraque circulum in naribus tuis, & carnam in labiis tuis, & recedam in aurem tuam, quam venisti. 4. Reg. 19. 28.

Anaxias respondit Prophetae: Num consiliarius regis es? quiesce, ne interficiam te. Sed vide in sequentiis, quam indigniter superbus hic rex sit humiliatus. 2. Par. 25. 16.

Ozias contra insolentem superbo sacerdotis afflictum ultimus, ob nimiam felicitatem elatus, ad alio usque nimis a deum lepra percussus est. Ibid. 26. 10.

Agroravit Ezechias usque ad mortem, & oravit Dominum; exaudivitque eum, & dedit ei signum. Sed non iuxta beneficia quae acceptat, recipitur, quia elevatum est cor ejus. Ibid. 37. 36. Humilitasque est postea, eo quod exaltatum fuisset cor ejus, cum ipse, quam habitatores Jerusalem; & idcirco non venit super eos ira Domini in diebus Ezechiae. v. 26.

Astutus post tot accepta beneficia superbia egerunt; & non audierunt mandata Dei, &c. 2. Esay. 9. 29.

Avaro autem nihil est foetilius. Quid superbit terra, & cinis? Eccl. 10. 9.

Initium superbiae, apostatare a Deo. Eccl. 10. 14.

Quomam inulium omnis peccati est superbia: qui reaverit illam, adimplebitur maledictis & subvertet eum in finem. Eccl. 10. 15.

Error, & tenebra peccatoribus concreta sunt, qui autem exultant in malis, condescent in malo. Ibid. 11. 10.

Tres species odit anima mea, &c. ait Sapiens: Pauperem superbium: divitem mendacem: senem fatuam & insultatorem. Ibid. 25. 4.

Post ultionem elevarum de Belsabaz regis Molorum, exaltatum est regnum Nabuchodonosor regis Assyriorum, & cor ejus elevatum est. Judith. 1. 7.

Proceperat enim illi Nabuchodonosor rex (Holoferis) ut omnes deos terrae exterminaret, videlicet ut ipse solus diceretur deus ab his nationibus, quae potuissent Holoferis potestate subjugari; sed Holoferis & per ipsum Nabuchodonosor superbia punita fuit, Ibid. 3. 13. vide cap. 13. 10.

Est enim hoc memoriale nominis tui, cum manus semper deiecerit eum (Holoferis). Judith. 9. 13.

Judith facta ad Deum creatus, praecidi caput Heri Holoferis, quod ad concitus Beethulle esseret, est ad gratiarum villam laetatur: ista vero ab omnibus honoratur, & Achab viro Holoferis captiv. & obsequit. Ibid. 13.

Videns superbum Aman, quod Mardochaius ipsum avertere vellet, sustulit regis, ut totum Judaeorum populum decerneret. Esther. 3. 6.

Superbia Amanis in se habuit, ut iratus & indignatus existeret, & omnia alia quae habuit, quasi nihil haberet. Ibid. 5. 13.

Sulpenus est itaque Aman in patibulo, quod paraverat Mardochazo. Ibid. 7. 10.

(Ananias) Et ascendit Ierusalem in multitudinem gravi. Et intravit in sanctificationem cum superbia, & accepit altare aureum, &c. 1. Mac. 1. 22.

Cum audisset Nicanor holoferis, qui sperabantur a Judaeis pro rege, irridens sprexit eos, & poluit: & locutus est superbe. Ibid. 7. 34.

Ananias obmora se pro superbia terram ad navigandum, pelagus vero ad ster agendum deduciturum, propter mentis ebriorem. 2. Mac. 5. 21.

(Ananias) Elatus autem in iram, arbitrabatur se injuriam aliorum, qui se fugaverant, posse in Iudaeos retorqueat: ideoque nihil vitavit curram suam, sine intermissione agens iter, caelesti cum iudicio perurgente, eo quod in superbo locutus est: se veniunt Ierusalem, & congeriem sepulchri Judaeorum cum fiduciam. Sed qui universi hunc ipsam sermonem, apprehendunt cum dolor diris vitium, & amara intentionum tormenta: & qualem liris iuste, quippe qui multis & novis cruciatibus aliorum rostrat viscera, licet ille nullo modo a sua malitia cessaret. 2. Mach. 9. 4.

Nicanor Judaei alienatus: Est Dominus vivus ipse in celo potens, qui iussit agi septimum diem. -- Et ego, (inquit) potens sum super terram, qui impero sumi terra, & negotia regis impleri; sequitur: Et -- cum summa superbia exultans, cogitaverat commune trophaeum statere de Juda; sed misere tunc animo spira. Ibid. 15. 26. v. 30.

Si ascenderit usque ad calum superbia ejus, & caput ejus nubes tetigerit: quasi interquiritum in fine perdetur; & qui eum viderant, dicent: Ubi est? &c. Job. 20. 6.

Dedit ei Deus locum poenitentiae, & ille (inquit) abiecit cor in superbiam: oculi autem ejus sunt in vis illius. Elevati sunt ad modicum, & non subsistunt, & humiliabuntur sicut cinis, & adherent; & sicut summitates spicumarum conterentur. Ibid. 24. 13.

Disperge superbos in furore tuo, & respiciens omnem arrogantem humilia. Respice cunctos superbos, & confunde eos, & contrae impios in loco suo. Ibid. 40. 6.

Quomam tu (Dei) populum humilem saluum facies: & oculos superbiorum humiliabis. Epl. 17. 28.

Et retribuet (Dominus) abundanter facientibus superbiam. Psal. 30. 24.

Propheta dicitur.

Vidi impium superexaltatum, & elevatum sicut cedrus Libani. Et transivi, & ecce non erat: & quasi cum, & non est inventus locus ejus. *Psal. 36. 35. Vid. Psal. 72. Psal. 82.*

Oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem abominatur. *Prov. 6. 17.*

Timor Domini odit malum: arrogantiam, & superbiam, & viam pravam, & os bilingue detestatur. *Prov. 8. 13.*

Ubi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: ubi autem est humilitas, ibi & sapientia. *Ibid. 11. 2.*

Inter superbos semper jurgia sunt: qui autem agunt omnia cum consilio, regantur sapientia. *Ibid. 13. 10.*

In ore sulti virga superbia, &c. *Ibid. 14. 3.*

Domum superborum demolietur Dominus: & firmos faciet terminos viduae. *Ibid. 15. 15.*

Abominatio Domini est omnis arrogans: etiam si manus ad manum fuerit, non est innocens. *Ibid. 16. 5.*

Contritionem precedit superbia: & ante minam exaltatur spiritus. *Ibid. v. 18.*

Melius est humiliari cum mitibus: quam dividere spolia cum superbis. *Ibid. v. 19.*

Antequam conteratur, exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur, humiliatur. *Ibid. 18. 12.*

Ne gloriosus appareas coram rege, & in loco magnorum ne steteris. Melius est enim ut dicatur tibi: Ascende huc, quam ut humiliter coram principe. *Ibid. 25. 6.*

Superbum sequitur humilitas: & humilem spiritus suscipiet gloria. *Ibid. 29. 23.*

Signa superbia deservit Dominus per Prophetam, dicens: pro eo quod elevatus sunt (superbia) filia Sion, & ambulaverunt extenso collo, &c. *Isa. 3. 16.*

Oculi sublimes hominis humiliati sunt, & incurvabitur altitudo vitorum. *Ibid. 2. 11.*

Et incurvabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimium depauperentur. *Ibid. 5. 25. Cap. 10. 12. Cap. 15. 11. Cap. 14. 15. Cap. 36.*

Verbum misit Dominus in Jacob, & cecidit in Israel. Et sciet omnis populus Ephraim, & habitantes Samariam, in superbia, & magnitudine cordis dicentes: Latere ceciderunt, sed quadris lapidibus edificabimus: &c. *Isa. 9. 8.*

Audivimus superbiam Moab: superbus est valde: superbia ejus, & arrogantia ejus, & indignatio ejus, plus quam fortitudo ejus. Idcirco ululabit Moab ad Moab, universus ululabit. *Isa. 16. 6. Cap. 18. 1. Ezech. 7. 24.*

Civitas enim munia desolata erit, speciosa relinquatur, & dimittetur quasi defecum: ibi pascetur vitulus, & ibi accubabit, & consumet summitates ejus. *Ibid. 27. 10. Cap. 29. 4. & 10.*

Hæc dicetis Ezechia regi Juda, loquentes: Non te decipiat Deus tuus, in quo tu confidis, dicens: Non dabitur Jerusalem in manu regis Assyriorum. *Ibid. 37. 10.* In manu servorum tuorum exprobrasti Domino, & dixisti: In multitudine quadrigarum mearum ego ascendi altitudinem montium, juga Libani: & succidam excelsa cedrorum ejus, & electas rbices illius, & introibo altitudinem summitatis ejus, saltem Cameli ejus. *v. 24.*

Lætatus est autem super his Ezechias, & ostendit eis cellam aromatum, & argenti, & auri, & odoramentorum, & unguenti optimi, & omnes apothecas supellectilis lux, & universa que inventa sunt in thesauris ejus: sed male fecit, &c. *Ibid. 39. 2.*

Et nunc audit hæc desolata, & habitans confidenter, que dicit in corde tuo: Ego sum, & non est prater me amplius: non sedebo vidua, & ignotabo sterilitatem, &c. *Ibid. 47. 8.*

Sic putrefcere faciam superbiam Juda, & superbiam Jerusalem multam. *Jerem. 13. 9.*

Audivimus superbiam Moab: superbus est valde, sublimitatem ejus, & arrogantiam, & superbiam & altitudinem cordis ejus. *Jerem. 48. 29.*

Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui: qui habitas in cavernis petra, & apprehendere niteris altitudinem collis: cum exaltaveris quasi aquila nidam tuam, inde detraham te, dicit Dominus. *Ibid. 49. 16.*

Et cadet superbus, & corruet, & non erit qui suscitet eum. *Ibid. 50. 32.*

Ecce hæc fuit iniquitas Sodome sororis tuæ: superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & silarum ejus: & manum egeno & pauperi non porrigebant. *Ezech. 16. 49.*

Fili hominis, dic principi Tyri: Hæc dicit Dominus Deus: Eo quod elevatum est cor tuum, & dixisti: Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris: cum sis homo, & non Deus, & dedisti cor tuum quasi cor Dei, &c. *Ibid. 28. 2. Cap. 31. 11. Idem habetur.*

Tu es rex, qui magnificatus es, & invaluisti: & magnitudo tua crevit, & pervenit usque ad cælum, & potestas tua in terminos universæ terræ, &c. *Dan. 4. 19.* Responditque rex, & ait: Nonne hæc est Babylon magna, quam ego edificavi in domum regni, & in robore fortitudinis mee, & in gloria decoris mei. *v. 27. Cap. 5. 22. Malach. 2. 11.*

Quando autem elevatum est cor ejus (Nabuchodonosor) & spiritus illius obfirmatus est

ad

ad superbiam, depositus est de solio regni sui, & gloria ejus oblata est. *Dan. 5. 20.*

Balthasar filius Nabuchodonosor vidit unum humiliter cor suum, sed adversum Dominatorem celi elevatus est, & ibi interfecit, & Darius successit. *Exod. v. 20.*

Superbia cordis tui exulit te, habitantem in scissuris petrarum, exaltantem solium tuum: qui dicit in corde tuo: Quis detrahet me in terram? &c. *Abdiar. 1. 3.*

Et tu Capharnaum, numquid usque ad cælum exaltaberis? usque in infernum descendes. *Matth. 23. 33.*

Dispersit superbus mente cordis sui: deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles. *Luc. 1. 51.*

Et tu Capharnaum usque ad cælum exaltata, usque ad infernum demerges. *Luc. 10. 13.*

Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. *Ibid. 14. 11. Act. 23. 21. Matth. 23. 12.*

Phariseus stans, hæc apud se orabat: Deus, gratias ago tibi, quod non sum sicut ceteri hominum, raptores, injusti, adulteri, velut etiam hic Publicanus. *Ibid. 18. 11. v. 14.*

Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse major. *Ibid. 22. 24.*

Statim autem die, Herodes vestitus veste regia, sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos, populum. Populus autem acclamabat: Dei voces, & non hominis. Consectim autem percussit cum Angelus Domini, eo quod non dedisset honorem Deo: & consumptus a verminibus, expiravit. *Act. 12. 21. Conf. c. 27. 2.*

Detractores, Deo odioses, contumeliosos, superbos, elatos, inventores malorum, parentibus non obedientes, &c. *Rom. 1. 30.*

Noli altum sapere, sed time. *Ibid. 12. 20.*

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. *Gal. 5. 26. Phil. 2. 3.*

Episcopus non sit in superbiam elatus. *1. Tim. 3. 6. c. 6. 2. Tit. 1. 7.*

Errant homines seipso amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemæ, parentibus non obedientes, ingrati, seculi, &c. *2. Tim. 3. 2.*

Similiter adolescentes subditi estote senioribus. Omnes autem invicem humilitatem insinuate, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. *1. Pet. 5. 5.*

Superba enim vanitatis loquentes, pellicuntur in desideris carnis luxuria eos, qui paululum effugiant. *Ec. 2. 2. 2. 18.*

Hi sunt murmuratores querulosi, secundum desideria sua ambulantes, & os eorum loquitur superbia, mirantes personas quævis causa. *Juda. v. 35.*

Quantum glorificavit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum; quia in corde suo dicit: Sedeo regina: & vidua non sum; & luctum non videbo. *Apo. 18. 7.*

Quomodo cecidisti de cælo lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram qui vulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo: In cælum confendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus æquilonis. Ascendam super altitudinem solium, similis ero Altissimo. Verumtamen ad infernum detraheris in profundum lacus. *Isa. 14. 13.*

Memoriam superbiorum perdidit Deus, & reliquit memoriam humillimum sensu.

Cum invitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit invitatus ab illo: & venies is, qui te & illum vocavit dicat tibi: Da huic locum: & tunc incipias cum robore novissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in novissimo loco: ut cum veneris, qui te invitavit, dicat tibi: Amice, ascende superius: Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus: quis omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. *Luce 14. 8.*

Humilitas vera Deum attendit.

Humiliare Deo, & expecta manus ejus. *Ecclesi. 13. 9.*

Cum feceritis omnia que præcepta sunt vobis, dicite: Servi inutiles sumus: quod debuit facere, fecimus. *Luce 17. 10.*

Seisum vilipendit.

Ego autem sum vermis & non homo: opprobrium hominum, & abjectio plebis. *Ysa. 51. 7.*

Humilia valde spiritum tuum: quoniam vindicta carnis impit, ignis & vermis. *Ecclesi. 7. 19.*

Attende ne seductus in stultitiam humiliteris. Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiam seducaris. *Ibid. 13. 10.*

Et Publicanus a longe stans, volebat nec oculos ad cælum levare: sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo; quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. *Luce 18. 13.*

Tanquam purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium perisema usque adhuc. *1. Cor. 4. 7.*

Non alta sapientes, sed humilibus contentientes. *Rom. 12. 16.*

Subiecti invicem, in timore Christi. *Ephes. 5. 21.*

Omnes autem invicem humilitatem insinuate. *1. Pet. 5. 5.*

Humilitas fida malum intendit.

Est qui nequit humiliat se, & interiora ejus plena sunt dolo: & est qui senimum submittit a multa humilitate: & est qui inclinat faciem suam, & fingit se non videre quod ignoratum est: & si ob imbecillitate virum veretur peccare, si invenerit tempus malefacendi, malefaciet. *Ecclesi. 19. 23*

Humilitas Deo grata est.

Indigne ei Angelus Domini: (ad Agar); Revertere ad domum tuam, & humiliare sub manum illius. *Gen. 16. 9*
Juxta est Dominus his qui tribulatio sunt corde, & humiles spiritu salvabit. *Psal. 33. 19*
Ubi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: ubi autem est humilitas, ibi & sapientia. *Prov. 11. 2*

TITULUS XXXIX.

Suspicio.

Suspicio est judicium temerarium.

Respondit Abraham: Cogitavi mecum dicens: Forsitan non est timor Dei in loco isto: & interfecit me propter uxorem meam. *Gen. 20. 11. Simile accidit Isaac Cap. 26. 7*
Suspicius est Laban, quod Jacob furatus sit Deos ejus, & ob hanc causam persecutus est totam suscepit. *Ibid. 31. 32*
Videns Jacob vestimenta Joseph sanguine cruentata, putavit eum esse mortuum, & a fera fissa devoratum. *Ibid. 37. 33*
Dum uxor Euphratis pallium castissimi Joseph Domino suo monstrasset, iste nimis credulus verba conjugis, valde iratus est. *Ibid. 39. 19*
Frater Joseph malum habuerunt suspicionem erga Joseph, conscientia urgete: nam precipitose Josepho dissentari ut introduceret ad comedendum secum, illi, exterriti, crederent quod vellet eos subire servituti. *Ibid. 43. 18*

Reliqua & Gaadite civitates ad possessores suas, adhaeruerunt altari trans Jordanem. Quos audio, filii Israel turbati fuerunt, insipientes, quare hoc fecissent illi, & putaverunt quod vellent se ab eorum lege penitus separare. *Josue 21. 11*

Cum visisset Samson ad domum patris sui, fecit ei jus putavit, quod odio haberes uxorem suam, & repudiasset eam, hinc tradidit eam alii viro. *Judic. 15. 2*

Hei videri Ananiam labia movere, & nullum verbum profere, estimavit simulatam. *2. Reg. 1. 13*

Misit David nuntios ad regem Ammon, ut consolarentur eum super patris interitu, Principes autem illius putaverunt, quod venissent ad explorandam civitatem, non ad consolandum regem. *2. Reg. 10. 3*

Esquum rex Assurum turbatus fuit contra Amam, qui iacebat super lectum Escher ad regendum pro anima sua, insuper ei rex, quod ipso presente, vellet regnum opprimere. *Escher 7. 8*

Jeremiam suum ad terram Benjamin, comprehendit cussa porta, tanquam profugum ad Chaldaeos. *Jerem. 37. 12*

Sic mutante hoc trepida voluntatem Domini populo, dixerunt ei: Mendacium tu loqueris: non misit te Dominus — sed Baruch filius Neris incitavit te adversum nos, ut tradat nos in manus Chaldaeorum. *Ibid. 43. 2*

Tartares, qui Eleazarum ducebant ad supplicium, in iram versi sunt, propter sermone ab eo dicto, quos illi interrogante suspicabatur. *2. Mac. 6. 28*

Et videntes eum discipuli Dominum super mare ambulantem — putaverunt phantasma esse. Et pra timore clamaverunt. *Matth. 14. 25*

Simon Pharisaeus, vultus mulierem peccatricem ad pedes Domini sententem, ait intra se dicens: Hic si esset Propheta, sciverit utique quae, & qualis est mulier, &c. *Luc. 7. 39*

Videntes fides Apostoli Domini, post effusionem Spiritus sancti loquentes variis linguis, dicebant quendam eorum: quia multo pleni sunt. *Act. 2. 13*

Omnes discipuli Christi timebant Saulum post conversionem suam, non credentes quod esset discipulus: donec Barnabas eum Apostoli mansisset. *Ibid. 9. 26*

His Tribunos temere Paulum allocutus, ait ipse: Nonne tu es Aegyptius, qui ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in desertum quatuor millia virorum fidei. *Ibid. 21. 38*

Cum vidisset Barbari pendente bellum de manu ejus (Pauli), ad invicem dicebant: Utique homicida est homo hic: & estimabant eum in numerum convenerunt & subito casurum. *Ibid. 28. 4*

Verba furronis quasi simplicia, & ipsa perveniunt ad intima ventris. *Prov. 9. 22*
Tradidit illos Deus in reprobam sententiam, ut sicut furrones, &c. *Rom. 1. 28*
Caveat ne forte furrationes — sint inter vos. *2. Cor. 12. 20*

T

TITULUS I.

Temperantia.

Temperantia in cibo, & potu, & concubitu commendatur.

Hi namque, qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum a se, & a sua mente excludant, & sine libidini ita vacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus: habet potestatem demonum super hos. Tu autem — interdum continens esto — & orationibus vacabis. *1. Pet. 5. 17*

Proposuit autem Daniel in corde suo, ne pollueretur de mensa regis, neque de vino potus ejus: & rogavit eunuchorum praepositum ne contaminaretur. *Dan. 1. 8*

Attendite autem vobis, ne forte graveatur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitae: & superveniat in vos repentina dies illa. *Luc. 21. 34*

Abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamus arma lucis. Sicut in die honeste ambulamus: non in comestationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitis, non in contentione, & emulatione: sed induimini Dominum Jesu Christum, & carnis curam ne feceritis in desideris. *Rom. 13. 12*

Non est enim regnum Dei, esca, & potus: sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. *Ibid. 14. 17*

Fructus autem Spiritus est: caritas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Adversus hujusmodi non est lex. *Gal. 5. 22*

Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria: sed implemini Spiritu sancto. *Ephes. 5. 18*

Mixistrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinenciam, in abstinencia autem patientiam, &c. *2. Pet. 1. 5*

Vigilemus, & sobrii simus. *1. Thess. 5. 6*

Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitem, doctorem, non violentum, non percussorem, sed modestum: non litigiosum, non cupidum, &c. *1. Tim. 3. 2. Item verbatim Tit. 1. 8*

Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis. *2. Tim. 1. 7*

Senes, ut sobrii sint. *Tim. 2. 2*

Juvenes similiter hortare ut sobrii sint. *Tit. 2. 6. Erudiens nos, ut abegantes impietatem, & facularia desideria, sobrie & iuste & pie vivamus in hoc saeculo. v. 12*

Propter quod succinchi lumbos mentis vestrae sobrie perfecte sperate in eam, quae offertur vobis, gratiam, in revelationem Jesu Christi. *1. Pet. 1. 13*

Sobrii estote, & vigilate, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quaerens quem devoret. *Ibid. 5. 8*

Propter crapulam multi obierunt: qui autem abstinens est, adhaerit vitam. *Ecclesi. 37. 34*

Ana videri non dicebat de templo, jejuniis, & obsecrationibus serviens nocte ac die. *Luc. 2. 37*

Nos autem qui Dei sumus, sobrii simus. *1. Thess. 5. 8*

Juvenes similiter hortare ut sobrii sint. *Tit. 2. 6*

Quapropter si esca scandalizavit iracundiam meam: non manducabo. *1. Cor. 8. 13*

TITULUS II.

Templum.

Templum spirituale, & domus Dei. Vide et Ecclesia.

Iple (David) edificavit domum nomini meo, & habitam thronum regni ejus usque in sempiternum. *2. Reg. 7. 13*

Sapientia edificavit sibi domum, excidit columnas septem, immolavit victimas suas, misit vinum, & proposuit mentam suam. *Prov. 9. 1*

Et movebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus: & implebo domum istam gloria: dicit Dominus exercituum. *Aggae 2. 8*

Omnis ergo, qui audit verba mea haec, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui edificavit domum suam supra petram. *Matth. 7. 24*

Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prevalebunt adversus eam. *Ibid. 16. 18. Joan. 2. 19*

Nescitis, quae templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? *1. Cor. 3. 16. Idem 6. 19*

Qui autem confensus templo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei vivi, sicut dicit

TITULUS XL.

Sufurro.

Sufurroes sanantur.

Non eris criminator, nec sufurro in populo. *Levit. 19. 16*
Cum defecerint ligna, extinguetur ignis; & sufurro substracto jungia conquiescent. *Prov. 26. 20*